



Em 432

BEATIS MANIBVS  
 VIRI PERILLUSTRIS ATQUE  
 EXCELLENTISSIMI  
 DOMINI  
**JOANNIS JACOBI  
 ZINCKII,**

JCTI CELEBERRIMI,  
 SERENISSIMIS PRINCIPIBUS SAXONIAE  
 COBURGO-MEININGENSIBUS  
 A CONSILII AULICIS ET JUSTITIAE

DIE III. NONI JUN. M. DCC. XLIII.  
 FAMILIAE ZINCKIANAE FATALI  
 FATIS BEATE DEFUNCTI  
**SUSCEPTORIS AC PATRONI**

ETIAM IN CINERIBUS COLENDI  
 DAT, DICAT, CONSECRAT  
 SANGUINE IUNCTUS MOESTISSIMUS  
 JOANNES GEORGIUS SCHROETERUS.  
 ADUOCATUS AULIC. ET REGIM. PROU.



MEININGAE litteris HASSERTINIS.

*(Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including the name ZINCKII and other details.)*

AN





JOHANNIS JACOBI



ZINCKII

Legite Mortales  
& lugete  
lugendam ZINCKII mortem,  
quem

aut nasci nunquam,  
aut mori nunquam  
oportuisset.

Lacrimis adspergite tumulum,  
vbi, quicquid habuit mortale, deposuit:  
Deflete nulli indefletum.

Proh dolor!  
fata forsan illum dedere, vt adimant,  
vtque vivente eo erecti

eo mortuo graviore dolore prosterneremur?

Habuimus,

Sed, cheu! habuimus!

ZINCKIVM,

qui fortunæ, animorum, imo ac sui victor  
morti succubuit,

dignus,  
qui favente fato, aevo longaevo frueretur,

cui  
Hennebergia Patriam,  
Eruditio Honores,  
Virtus Immortalitatem,  
Mors Quietem

dedit  
omnium animis in summa perturbatione  
relictis.

Luge Aula  
orbata Viro incomparabili,  
omnibus animi corporisque gazis ditissimo,

qui  
Sapientia in consiliis,  
Solertia in peragendis legationibus  
summam aulae approbationem,  
Scriptis, quae in lucem edidit, famam,  
Candore Principum gratiam,  
Justitia ciuium amorem,  
Humanitate omnium admirationem  
sibi conciliauit,

& de omnibus bene meritus meruit.  
Nihil discendum ignorasse, nihilque dicendum  
siluisse visus,

Labore indefessus & successu felix,  
quibus praefuit, profuit,

Amoenus ingenio,

Grauis eloquio,

Integer animo,

qui simul & fructus dedit & floruit,

invidens nemini,

nemini invisus

& inter Censores sine censura ;

Quin,  
Indole & genio Gratia,  
haud quidem vt Gentiles venerati,  
sed vt omnes boni venerantur.  
Nulli iniuriam,  
nisi omnibus vnicam intulisse videtur,  
quod omnes in moestu reliquerit.  
Quo maior enim in hoc viuo delectatio;  
eo acerbior eius iam demortui recordatio.

Requiem sibi,  
moerorem suis,  
memoriam omnibus immortalem  
reliquit.

Non itaque mirum,  
**ZINCKIVM** nostrum,  
omnibus clarum & carum  
vnum in omnium pectoribus viuere:  
Mors illum oculis rapuit;  
animis vero rapere non potest  
& corpus non famam perdidit  
vel potius reddidit.

Verbo:  
Desiit **ZINCKIVS**, vt incipiat. &  
Cur itaque opus habeat monumento,  
cui quouis momento monumentum exstruitur?  
& cuius memoria  
eo sepulto non sepulta?  
Salue **ZINCKI** aeternumque Vale!  
Nos Te ordine, quo natura permiserit,  
cun& sequemur.

† † †

78M 378

ULB Halle

003 076 938

3







BEATIS MANIBVS  
VIRI PERILLVSTRIS ATQVE  
EXCELLENTISSIMV  
DOMINI

IOANNIS JACOBI  
ZINCKII,

ELEBERRIMI,  
PRINCIPIBUS SAXONIAE  
D- MEININGENSIBUS  
VVICILICIS ET JUSTITIAE

NI JUN. M. DCC. XLIII.  
ZINCKIANAE FATALI  
BEATE DEFUNCTI  
RIS AC PATRONI

CINERIBUS COLENDI  
DICAT, CONSECRAT  
UNCTUS MOESTISSIMUS  
ORGIVS SCHROETERUS.  
AULIC. ET REGIM. PROV

litteris HASSERTINIS.

